

*Ruiz*

# REGULAE INTELLIGENDI SCRIPTVRAS SACRAS.

HABES sacrarum literarum studiose Theologe,  
CCXXXIIII Regulas, quae ad Divinæ Scripturæ intelligen-  
tiam plurimum conferunt, ex Dionysio Arcopagita, Origene  
Adamantio, Hilario Pictaviensi, Didymo Alexandrino, Gre-  
gorio Nazianzeno, Basilio Magno, Ambrosio Mediolanensi,  
Ioanne Chrysostomo, Hieronymo Stridonensi, Aurelio Augu-  
stino, Gregorio Pontifice maximo, Beda Presbytero, Ioanne  
Damasceno, Ruperto Abbe, Theophilacto Bulgariae archis-  
episcopo, Theologorum communi traditione excerptas, cum  
Juis explanationibus per Reverendum patrem, F. Franciscum  
Ruizium Vallisoletanum, S. Facundi Abbatem.

REM MAXIMAM SIEI



PROMITTIT PRUDENTIA

LUGDVNI, APVD GVLIELMVM ROVILIVN.  
M. D. XLVI.

CVM PRIVILEGIIS



REVERENDISSIMO AC  
PERINDE ILLVSTRISSIMO

in Christo patri, D. Francisco Bouadilla,

S. Romanae ecclesiae presbytero, Cardi-

nali, Cauriensi episcopo, &c. F. Frā

ciscus Ruizius Vallisoleta-

nus, S. Facundi, ordinis S.

Benedicti Abbas.

S. P. D.



V M M V L T A  
se se nobis offerant,  
Præsul clarissime,  
quibus ecclesiastico  
rum patrū, qui an-  
te mille & amplius  
annos floruerūt, le-  
ctionem alijs omni-  
bus præferendā it-  
re optimo censa-  
mus, illud uel præ-

cipuum est, q. cùm sacras literas luculentissimè inter-  
pretentur, in hoc toti sunt, ut suos lectores rapiant,  
inflammant atq; transforment in eos affectus, qui sunt  
Christiano pectore dignissimi, dum eos æternis insti-  
tuunt, de cælestibus ratiocinantur, de nunquā inter-  
morituris bonis feliciter agunt. Qui cùm Aegyptio-  
rum opibus, hoc est, externis disciplinis adeo instru-  
cti fuerint, ut cùm præclaris earum professoribus de  
palma contendere, & magna cum laude uincere po-  
tuissent, si ramen eò necessitas illos impellat, operæ-

† ij

De excellentia & sub-  
L I M I T A T E S A  
C R A E S C R I P T V R A E  
E I V S D E M A V C T O -  
R I S A D T H E O L C -  
giae candidatum  
brevis  
P R A F F T I O .



REGORIVS  
uigesimo Moralium  
capitulo primo,  
Quamuis omnem  
scientiam atque do-  
ctrinam sacra scri-  
ptura sine aliqua  
comparatione tran-  
scendat, ut taceam,  
quod uera predi-  
cat, quod ad cœlestem patriam uocat, quod æternis  
desiderijs ad superna amplectenda cor legentis im-  
mutat, quod dictis obscurioribus exercet fortes, et  
parvulis humili sermone blanditur, quod nec sic  
clausa est, ut pauesci debeat, nec sic patet, ut uile-  
scat, quod usu fastidium tollit, et tanto amplius dis-  
ligitur, quanto amplius meditatur, quod legentis  
animum humilibus uerbis adiuuat, quod sublimibus

R E G V L A E  
I N T E L L I G E N D I  
S A C R A M  
*scripturam.*

R E G V L A I.

**N**ULLO locutionis gene  
re utitur sacra scriptura,  
quod in cōsuetudine ho  
minum non inueniatur:  
quia utique hominibus loquitur.  
Augus. Primo de Trini. c. xiij.

E X P L A N A T I O.

A V C T O R. Si quæcunq; scripta sunt, ad no  
stram doctrinā scripta sunt: conuenientissimū  
fuit diuinā literā ad nostrū se attemperare  
sermonem. Nam & Paulus sapientiā loquitur <sup>1. Cor. 2.</sup>  
inter perfectos. Et quibusdam dicit, Non po  
tui vobis loqui quasi spiritualib; sed quasi  
carnalib;. Gregorius, Si enim quæ vellet, per  
ignota nobis nomina diceret homo, pro quo  
hæc eadem scriptura facta est: nesciret procul  
dubio, quid audiret. Vide regulam. 94. <sup>1. Cor. 2.</sup>

R E G V L A I I.

Omne quod dicitur in sacris lite  
ris quadripartita potest qualitate